



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Capvt Xlll.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

En iacet Aegyptus, nec iam reparabilis vltra.
 Atq; vtinam pœnas & dura pericula viuis
 Ferret adhuc diuina manus, nec funere tanto
 Deceptam subita vacuasset cede canopum:
 Tandem parce solo causasq; expelle ruinæ,
 Dum leuior strages, superant dum milia nostræ
 Gentis adhuc; grauiora priusquā funera tristes
 Experti, non possimus quum forte volemus.
 Quin diram electo depellimus hospite cladem:
 Nil' ne mouet noster natorum funera planctus:
 Quod nisi cōmuni fortasse mouebere planctu,
 Vel natī mors dira tui, te vindice zelo
 Commoueat; pulsisq; illis fac pauca superstent
 Pignora, quæ tantum abstergant seruata dolore,
 Et detruncatæ reparent dispensia gentis.
 His dictis lachrymas populus dedit, ipsa superbi
 Frangitur ad fletum dira inclemētia regis.

C A P V T X I I I .

Sed dum isthec perturbata tractantur in aula:
Hebræi vatum studio monitisq; supernis
Hebrei ab
ægyptijs mu-
tuantur su- Optima quæq; parat ad sacra, epulasq; requirunt,
 Vasaq; solennis quæ poscit plurima cultus,
 Ornamenta etiam vestesq;, monilia, gemmas,
 Mutua

Mutua ab Aegypto plebes hebræa requirit
 Confestim reddenda sibi; mox commodat illis,
 Ditat & ignorās trepidam manus æmula plebē.
 Quænam digna tuis pandantur laudibus ora
 Summe pater, qui tam sæuo sic vteris hoste,
 Cōmodet ut preciosa suis quæq; hostibus. Et iā
 Annuit aduersus, largitur munera nolens,
 Quæ secum dimissa ferant, nec soluere tantum
 Sufficit op pressos; opibus ditantur euntis,
 Thesaurosq; nouos libertas reddita sumit.
 Atq; inter medios inimica in sede furores,
 Prædatur dominum fugiens, fallitq; videntem;
 Præsentem spolians; nec tam discedere pulsos
 Quām lætos migrasse putas; tolluntur auari
 Sic Pharaonis opes; quem tunc mercede soluta
 Seruitij longum credas taxasse laborem.
 Sic studijs aliquando hominū in contraria versis
 Auctorem redeunt cōmenta pericula in ipsum.
 Tunc frustra innocuo meditatos vulnera fratri,
 Inuida plus lædit frustrato vulnere bilis.

C A P V T X V .

EGressi interea trepido de rege ministri
 Cōpellunt celerare fugam, cogūtq; volētes,
 h 3 Præcipitant

pellectilem
omnem.
Exodi.12.

Apostrophe
ad Deum.

Exodi.14.